Quelle:
Copyright:

Constitutionis caput incipit: "Quoziens insuper in imperatoris vel Regis Romani presencia missarum solemnia" etc. Secunda constitutionis principium, a Carolo IV. in comitiis Medimatricensibus seu Metensibus ad Imperii sui secunda promulgata, in codice nostro pro se fert titulum: Alie Constitutiones, et incipit: "Infra scripte leges promulgate "sunt in curia Mentensi (a) per dominum Carolum quar- "tum Romanorum imperatorem et bohemie Regem et au- "gustum ano domini Milesimo Trecentesimo Quinquage- "simo sexto" etc. Septimum seu ultimum Secunda constitut. caput his definit: "quorum conversatione pari- "ter et doctrina in linguis ipsis valeant eruditi". Quibus subjungitur: "Explicit aurea bulla Hic est finis aurea bulle". Vid. Thulemarium de Bullis. Lambec. in Bibl. Vindob. Lib. 2. Cap. 8. pag. 815. et Segg. et quod adducit Ripenius in Biblioth. juridica T. I. voce Aurea Bulla.

(a) in Editionibus Metensi.

4.

Ordo et forma coronationis et unctionis Regis et Regine Rom.

"De ordine et forma coronationis et unctione Regis et Regine Romanorum". Hoc est antiquum illud Ceremoniale, quod in coronatione et consecratione Imperatoris, vel Regis, aut Regine Romanorum olim Aquisgrani observatum fuit. Incipit: "Ad consecrandum seu "coronandum Regem alemanie hoc modo procedatur "primo in ecclesia Aquensi sit indutus plenis pontificalibus dominus Archiepiscopus coloniensis ex jure regni "debitus consecrator" etc. Specialiter dein in codice nostro notantur sequentes ceremonie: "De juramento Regis "Romanorum; de ~~coronatione~~ unctione regis ~~et~~ traditione gladii; "de anulo regali; de corona regali; de professione "regis Romanorum; de coronatione regine; de uncti- "one regine, prophetia"; i. e. Surge illuminare Jerusalem etc. B. P. vi = mox infra.

Theoderici de Monys collatio.